

Viro Celeberrimo  
 Gerardo Friderico Müllero  
 S. P. D.

Quum nuperrime me inviseret Linnaeus noster, mon-  
 stravit mihi, Te, vir Celeberrime, per litteras Signifi-  
 care, Tibi non ingratum fore, si, quid rerum a me  
 agatur, certior fieres. Et utcumque exiguum id sit,  
 nec Tua animadversione Satis dignum, nihilominus  
 malui id a me potius, quam alio interprete, rescisce-  
 res, in lucro non exiguo positurus, si meditata  
 nostra littera Tuo, viri tanti, calculo se Subnixae  
 gloriari possent. Non vero Te obhendam recensione  
 Schediasmatum, ad hanc academiam sub viginti an-  
 norum spatio, quo ad eandem Politices et Eloquen-  
 tiae Professione functus sum, a me editorum, quo-  
 rum tamen aliquot fortassis fuerint, qua Septentri-  
 onali Historia lucem aliquam forenerari queant:

14  
dicam tantum, meam in eo hodie occupari  
operam, ut typis edam Glossarium meum  
Suiogothicum, quod jam sub prelo sudat.  
Constabit id duobus forma maxima Volumi-  
nibus, ea fere melioto consignatum, qua  
tractatus Suae Linguae Origines illustrabit:  
cui quidem viro esse ingenio et eruditione,  
haud forte par sum, id tamen egregiè ego ha-  
beo, quod illius opera mihi uti atq; profuere  
videntur, et etiam Veterum Linguarum Septen-  
trionalium cognitione munus, illius medita-  
tiones huius vel illustrare vel emendare po-  
tuerim. Quum autem viam ingressus sum,  
nullus nostratium antea calcatam solo, ope-  
riq; huic non nisi subsecivas horas impende-  
re mihi liceat, mora impatientes non erunt  
amici mei, si adhuc aliqui temporis effluere  
rit, antequam id ipsis offerre queam.

Novam etiam meliorem editionem Codicis  
nostri argentei, cuius geminum Specimen erit  
Ulfphilas illustratum appellatum, trinunq;

aliud Sub titulo Specimen Glosiarum Ulpulani.  
 una cum Dissertatione de Lingua Codicis ar-  
 gentei, in qua imprimis Sub examen vocavi  
 Hickersii et La Frozii hypothesein, nuper a Dom.  
 Michaelis etiam adaptatam, qua Novum Te-  
 stamentum Ulpula auctori adscriptum, non  
 Gothicum sed Francicum esse, persuadere vo-  
 luerunt. Transmittam tibi haec omnia, si  
 has Similesq; reculas aliquo in numero posueris,  
 Siq; fuerit cui recte dem: addam tum etiam differ-  
 tationem nuper a me habitam de Peregrinatio-  
 nibus Sui Gothorum in Graeciam, qua in pra-  
 cipue agit, ut demonstrat per Graeciam, eius  
 adeo frequens in Aegyptis nostris Rumeny  
 aliisq; monumentis antiquioribus advertit  
 fit, non intelligi Atticam illam, sed Russi-  
 cae ditioris veterisq; Wandalis maritima in-  
 primis loca, quam eandem acceptionem tunc  
 du aevi Scripioribus Latinis familiarem esse,

nostri. Sed non licet. Te Tuarum publico profu-  
tura omnia diutius morari, opto tantum ut  
res Tuas feliciter agas, et nostri memor vi-  
vvas. vale et fave

Uppsalia d. 14 octob.  
1760.

Tibi adductissimo  
Joh. Thore.  
Reg. Canc. Consiliario et E-  
quiti de Stella Polari, etc.